



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 39. Decretum de loco Concilii pro Græcis celebrandi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. alias, quam olim a Patribus propositas
 A.C. 1437. urbes admittere, obfirmato prorsus ani-
 mo decernebant. Ut autem hoc eorum
 propositum eo firmiter constaret, illud
 solemniter decreto munire statuebant, hanc
 que ob rem Sessionem vigesimam quin-
 tam celebrabant.

§. XXXVIII.

Sessio XXV. Basileensis Synodi.

Labbe Conc Habita est die Martis septima Maji Basileensis Synodi Sessio vigesima quinta; pro cuius auspiciis Patres quemdam Prælatum nominabant, qui divina pergeret, exclusis ab hoc sacro munere Papæ Legatis, eo quod reclamantibus Synodi Patribus eorum, quæ propositæ, scripturam confecerant, eaque veluti Synodale decretum haberi postulassent.

§. XXXIX.

Decretum de loco Concilii pro Græcis celebrandi.

Spond. ad hunc an. n. I. Per solutis aliis de more solemnibus, Basileenses, condito, cuius mox meminimus, decreto sanxerunt, vel Basilea, vel Avenione, vel denique in quadam Sabaudia urbe, celebrandum esse generale Concilium.

Concilium, in quo secundum conventionem, ac Patrum decreta Græcorum cum Latinis unio pertractaretur. Ad sumptus vero & expensas Synodus *universis & singulis Ecclesiasticis Personis, exemptis & non exemptis, Cardinalibus, Prælatibus, Abbatibus aliisque, etiam ordinis sancti Joannis Hierosolymitani, generalem omnium & singulorum suorum ecclesiasticorum fructuum & proventuum, quotidianis distributionibus duntaxat exceptis, decimam partem persolvendam decrevit.*

Cum præsens decretum legeretur, Eugenii Papæ Legati, adstipulantibus nonnullis, qui horum partes tuebantur Prælatibus, cuidam Episcopo in mandatis dederunt, ut eodem tempore ex quodam loco humiliori, in quo ejusmodi acta Synodalia alias perlegi haud consueverant, decretum ab eis conditum promulgaret. Verum ille tam volubili linguæ præcipientia, tantaque trepidatione officio suo functus est, ac aliunde a Synodi Patribus tantus editus fuit strepitus, ut vix non omnia legentis verba adstantium aures effugerent, ac decreti lectio, priusquam Concilii statutum ex suggestu absolveretur, jamjam finem haberet: adeo nimirum præcipiti voce illud percurrerat Episcopus.

§. XL.

Histor. Eccles. Tom. XXVII.

S

æcul. XV.

A.C. 1437.

Conc. gener.

to. 12. p. 580.

Panorm. de

Conc. Basit.